

VERSIONE

ALESSANDRO SCEGLIE ROSSANA COME SUA MOGLIE

Inde pervenit Alexander in regionem, cui Oxyartes satrapes nobilis praeerat, qui se regis potestati fideique permisit. Ille, imperio ei reddito, duo ex tribus filiis Alexandro tradidit ut in eius exercitu militarent. Satrapes barbara opulentia convivium, quo regem accipiebat, instruxerat. Dum id multa comitate celebratur, triginta nobiles virgines introductae sunt. Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro. Virgo, quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se, maxime, regis, minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunae, contra quam non satis cauta mortalitas est. Itaque ille, qui uxorem Darei, qui duas filias virgines haud alio animo quam parentis aspicerat, tunc in amorem virgunculae ignobilis, si regia stirpi comparata, effusus est. Sic Alexander conubio Persas et Macedones iunxit.

ANALISI DEL PERIODO

Inde pervenit Alexander in regionem,

cui Oxyartes satrapes nobilis praeerat,

qui se regis potestati fideique permisit.

Ille duo ex tribus filiis Alexandro tradidit

imperio ei reddito

ut in eius exercitu militarent.

Satrapes barbara opulentia convivium instruxerat.

quo regem accipiebat

Dum id multa comitate celebratur,

triginta nobiles virgines introductae sunt.

Inter quas erat filia ipsius, Roxane nomine,

eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro.

Virgo omnium tamen oculos convertit in se,

quamquam inter electas processerat,

maxime regis, minus iam cupiditatibus suis imperantis inter obsequia fortunae,

contra quam non satis cauta mortalitas est.

Itaque ille tunc in amorem **virgunculae ignobilis** effusus est.

si regia stirpi comparata,

qui uxorem Darei,

qui duas filias virgines

haud alio animo quam (illo) parentis aspexerat

Sic Alexander conubio Persas et Macedones iunxit.

LAVORO SUL TESTO

1. Trova gli ANTECEDENTI dei PRONOMI RELATIVI e spiega il NESSO RELATIVO.
2. Riconosci le subordinate e traducile.

Ut primum Alexander Roxanem vidit, repentino amore captus est.

Accedebat ut Oxyartes duos filios Alexandro tradidisset.

Alexander, virginis eximia pulchritudine captus, statuit ut eam in matrimonium duceret.

Alexander putabat utilia esse coniugia inter Macedones ac Persarum virgines.

Oxyartes filias et alias virgines ostenderat ut Alexandri fidem caperet.

Inter convivium triginta virgines introducuntur ut Alexandro honorem tribuant.

Oxyartes sciebat filiam omnium convivarum oculos in se conversuram esse.

Tanta pulchritudine Roxane erat ut omnium convivarum oculos in se converteret.

Restat ut Alexander conubio Persas et Macedones iunxerit.

Oxyartes imperat ut triginta nobiles virgines in convivium introducantur.

Alexandro tantum imperium est ut satrapes se regis potestati permittat.

Alexander imperavit ut Macedonum duces matrimonio se cum virginibus aliis coniungerent.

Cum Alexander cum suo exercitu in Sogdianam pervenerit, Oxyartes eum in hospitio accipit

Cum Roxanem videat, Alexander amore capietur.

Cum inter alias virgines processisset, tamen Roxane omnium oculos ad se convertit.

Cum Roxanis pulchritudinem videret, Alexander decorem habitus existimavit.

3. Riconosci i PARTICIPI e traduci correttamente in base alla funzione (nominale e verbale)

Omnes virgines in convivium introductas videbant.

Virgines, inter convivium procedentes, omnium oculos in se converterunt.

Roxane, in matrimonium ab Alexandro ducta, regina facta est.

Oxyartes triginta nobiles virgines, Alexandri admirationem moturus, introduxit.

Alexander semper convivium ab Oxyarte instructum laudavit.

Oxyartes magnum convivium Alejandro honorem tributurus instruxerat.

Alexander Roxanem inter convivium procedentem videbat.

FLESSIONE VERBALE

praeerat → è un composto di SUM: quale caso regge? _____

Trasformalo al CONGIUNTIVO nello stesso tempo _____

e al FUTURO semplice/anteriore _____

militarent → trasforma all'INDICATIVO nello stesso tempo _____

accipiebat → volgi al PASSIVO _____

celebratur → volgi al congiuntivo e poi all'attivo _____

imperio ei reddito → volgi in forma esplicita _____

Satrapes convivium instruxerat → volgi la frase al passivo _____

Alexandro *tradidit* ut in eius exercitu militarent → Alexandre *tradet* ut in eius exercitu _____

Completa scegliendo la forma verbale corretta. Indica il tipo di subordinata.

Cum Alexander in illam regionem PERVENERIT / PERVENISSET, ab Oxyarte accipitur.

Cum Oxyartes regioni PRAESIT / PRAEESSET, Alexander ad eum venerat.

Cum multa comitate convivium CELEBRETUR / CELEBRARETUR, triginta virgines introducuntur.

Cum Alexandri potestati PERMISERIT / PERMISISSET, Oxyartes duos filios ei tradidit.

Roxane in convivium introducta est ut Alexandri oculos ad se CONVERTAT / CONVERTERET.

Alexander Roxanem in matrimonium ducet ut duos populos conubio IUNGAT / IUNGERET.

Oxyartes imperat ut triginta virgines in convivium INTRODUCANTUR / INTRODUCERENTUR.

Alexander suis ducibus persuaserat ut cum Persarum virginibus se IUNGANT / IUNGERENT.

Evenerat ut Roxane in se omnium convivarum oculos CONVERTAT / CONVERTERET.

Alexander efficit ut conubio Macedones et Persae IUNGANTUR / IUNGERENTUR.

Tam pulchra Roxane erat ut Alexander amore CAPIATUR / CAPTUS EST.

Alexander amore adeo capitut ut magna cum admiratione Roxanem ASPICIAT / ASPICERET.

Distingui le subordinate con l'indicativo, il participio e l'infinito: attento al CUM preposizione!

Alexander iam in convivio intererat CUM triginta virgines processerunt.

CUM Alexandro omnes Macedones aderant.

Omnes convivae magna CUM admiratione virgines aspiciebant.

QUIA Roxane eximia pulchritudine erat, omnes eam admiratione afficiebant.

Oxyartes sperabat Alexandrum amore captum iri.

Alexander suos duces in matrimonium virgines illas ducere iussit.

DUM in convivio Macedones et Persas sunt, triginta virgines introductae sunt.

POSTQUAM virgines Alexander viderat, amore captus est.

QUONIAM potestati fideique Alexandri permiserat, Oxyartes suos filios regi tradidit.

DUM Roxane vidit, Alexander nullam virginem amavit.

Notum est omnibus Alexandrum Macedones et Persas iungere cupuisse.

Virgine visa, Alejandro amore captus est.

Omnes admiratione virgines procedentes inter convivium afficiebant.

Oxyartes virgines in convivium introducit Alexandri benevolentiam moturus.

Roxane, in convivium procedens, omnium oculos ad se convertit.

Ineunte convivio, Oxyartes sapiens consilium capit.